

INDEX TOMI PRIMI.

Vbi quid causa sit mixti fori. Testamento ut credendum quando parentes aliquem filium secum esse declarant. 143  
 Theſaurus. 143  
 Cuius sit iuxta diuersas ſententias. T. 5. 41. & 42  
 In Indis ad quos pertineat. 55. & ſeqq. ubi alia pro eodem. 57  
 Quid ex ipſo Rege debeatur. 61. & ſeqq.  
 Circa inuentum in loco ſacro. 63  
 An leges pro illis obligent in conſcientia. 67. & ſeqq.  
 De inuentis arte Demoniſ. 74  
 Theſauri ut diſſerant à margaritis, & lapidibus pretioſis. 74  
 Titulus. T. 5. 101  
 Ad præſcriptionem qualis neceſſarius. 101  
 Timor. 101  
 Quam neceſſarius Dei timor in Euangelicis Indiarum Miniſtris. T. 1. 37. ubi alia pro illo. 38  
 Sapientie ut adnexus. 121  
 In timore viuere, genus eſt ſeruitutis. 121  
 Tributum. T. 1. 170. & ſeqq.  
 Vt queant Indis imponi. 177  
 A pauperibus non deberi. 178  
 Sterilitatis tempore quid faciendum. 179  
 Si diuerſimum, non obligare. 179  
 Illius obligationem ceſſare, ſi non fiat ad, pro quo eſt impoſitum. T. 3. 103  
 Non deberi, niſi petatur. T. 5. 55  
 Aliquod eſſe in conſcientia obligans. 56  
 Sterilitatis tempore non deberi. T. 7. 25  
 Et quid ſi in pecunia ſolui ſolita ſpecies. Ibidem.

V

Vacatio.

Vacatio Eccleſiarum quantum aſſerat detrimentum. T. 2. 37  
 Alia pro eadem vide Eccleſia, & Episcopos, pro quo etiam Conſilium Regium. 37  
 Vaſallus.  
 Vaſallorum grauamina Rex Catholicus non probat, & iuxta hoc eius eſt interpretanda voluntas. 37  
 Veſtigal.  
 Vide Gabella.  
 Negligentia & diſſimulatio Officialis Regij circa illa obligationem reſtitutionis inducit. T. 5. 24  
 Non eſſe obligationem in conſcientia ad illa, probatur diſcurſu Ludouici Beſie. 25  
 Veſtigal maritimum, Almoxnifazgo, quale in Indiis, & quaſtiones circa illud. 123. & ſeqq.  
 Venditio Vbi & Emptio.  
 Res indifferentes ut vendi queant. T. 1. 144. & ſeqq. ubi notanda doctrina. & T. 4. 45  
 Officia ut vendi poſſint. T. 1. 161. & ſeqq.  
 Aliqua circa illa quaſtiones. T. 5. 167. & ſeqq.

Venditio quid. T. 3. 50  
 De venditione ſub haſta quedam circa impediētes auſtionem & pretium. T. 4. 43. & T. 5. 16  
 Vendendum aliquid accipiens, nihil ſibi poteſt referuare. 26  
 Ibidem, ſicut neque emens. T. 5. 83  
 Contractus venditionis debet eſſe liber. 84  
 Quando compulſio eſſe poſſit ex parte Regis. 84  
 In officio à Rege vendito an læſio ex parte ementis poſſit allegari. 179  
 Prætores an vendere poſſint officium locum tenentium. T. 6. 26. & ſeqq.  
 Exteris carius vendi poteſt. T. 9. 57  
 In euictione quando obligatio ad compensationem. 63  
 Et que non tradentis rem venditam. 64  
 De venditione fruſtorum argenti, ab Indiis ſubreptorum. Cap. 7.  
 Fruſta ſerica an emi à ſartoribus queant. 77  
 In Indiis an merces poſſint pro libitu Mercatorum vendi. Cap. 8. ubi circa pretium multa ſcit digna.  
 Intra dimidium iuſti preij deceptio an inducat obligationem reſtitutionis. 96. & 97  
 Contractus venditionis quando ceſſetur conſummatus. 101  
 Vinea, Vinum. T. 5. 123. & 192  
 Quam abundans vinum in Peruuiis. T. 5. 123. & 192  
 Illud Indis vendere an ſit peccatum mortale. T. 6. 7  
 Vinearum plantatio an prohiberi poterit, & quædam circa illas. T. 5. 197. & ſeqq.  
 Virtus. T. 3. 118  
 Honeſtis laboribus animatur. T. 3. 118  
 Viſitatio.  
 Viſitatores in Syndacatu ut ſe gerere debeant. T. 4. Cap. 20. Vbi Index. T. 5. 66  
 Viſitatores Eccleſiaſtici inuenientes theſaurus, cui acquirant. T. 5. 66  
 Informationes factæ à Præſore Indorum circa eorum numerum an debeant ſtari, dum non ſit reuſitatio. T. 5. 186. & T. 9. 207. & 208  
 Viſura.  
 Quid ſit, & quando interueniat in anticipata ſolutione emente. T. 9. 15. 45. & 105  
 Ob carentiam pecunie nihil poſſe exigi. 16  
 Notanda ratio cur pro mutuo nihil poſſit exigi. 19  
 Vxor.  
 Non debet ſe gubernationi, que ad maritum ſpectat, immiſcere, & ita formata à Deo poſtquam Adamus nomina animantibus impoſuit. T. 3. 9  
 In Indiis id ſpecialiter faciendum, ob damna ex impotenti ſeminarum aſſectu. 10  
 An reueatur ſequi virum tranſſerantem in Indiis. T. 4. 156. & ſeqq. ubi diuerſe ſententia circa generalem obligationem, & doctrina multiplex.  
 Quomodo ſuccedat deficientibus coenatis in gradibus per legem deſignatis. T. 5. 99

F I N I S.

A D D I T I O N E S  
 A D T O M V M P R I O R E M  
 T H E S A V R I I N D I C I.

Circa Præſationem.



Pera alia Theſauri compellatione ab Auctoſibus euulgatâ addi poſſunt: ut Theſaurus ſocietatis, Theſaurus Decifionum, Theſaurus Pedemontani Senior & Junior, Theſaurus exemplorum, Theſaurus Græce poeſeos, Theſaurus Chronologicus & Hiſtoricus, Theſaurus lingua Capæ, Theſaurus lingua Paraquariæ: ut omittam illa, quibus ob materia excellentiam, de qua agitur, & ad quem videtur habitus in Tituli appoſitione reſpectus, meritò potuit attribui: ut ſunt Theſaurus Sacerdotalis, Theſaurus Chriſtiane religionis, Theſaurus inexhanſtus, Theſaurus indulgentiarum, Theſaurus Religioſorum, Theſaurus SS. Roſarij, Theſaurus inſufficientis, Theſaurus doctrinæ Chriſtiane, Theſaurus anime. Fateor autem ingenuè excidiſſe mihi, Theſaurum rerum Indiarum Patris Petri Iarriçi Gallicè ab eo ſcriptum pereleganti ſtylo, tribus diſtinctum Tomis, & Latinum factum à M. Matthiâ Martinez, ſatis quidem vtili lucubratione, ut teſtatur P. A. legambe de ſcripturis Societatis: qui ſi oportune occuſſet, forſitan operi noſtro Titulus fuiſſet alius conſtitutus. Sed res eſt momenti non magni, quia nec Titulus penitus ſimilis, & diſſimile penitus argumentum. Neque inſolens illud, ut Auctores in operum Titulis circa materiam eandem, vel certè ſimilem, aut caſu, aut deſtinatò conueniant. Sic D. Thomas Opus in Euangelia Catenam dixit, quod & pariter præſtitit P. Balthezar Corderius in DD. Lucam & Ioannem. curſus Philoſophicus & Theologicus, Titulus eſt, quem non vni conſtat placuiſſe, ſicut Theſaurus precum, Viridarium Philoſophicum, Zodiacus ſpirituſalis, Triumphus mortis, ſpeculum Morale, nec non Moralium Conſiliorum, Reſolutionum, Reſponſorum, Praxium, Summarum: ubi ad diſcrimen agnoſcendum, cum de illis ſubinde ſermo incidit, neceſſarium eſt ad Auctoſum diuerſitatem prouolare. Et hæc quidem ſatis circa Titulum, ut delicati Cenſores, ſi forſan talis aliquis fuerit, obiectioni faciam ſatis, omnibus me ratus debitorem.

A D T I T V L V M I.

Circa Capitis. I. S. I.

Pro Alexandro VI.

Antonius Balinghem in Calendario SS. Virginis ſic de illo ſcribit die 18. Aug. Theſauri Indici Tom. I.

gulti: Hic (quod quia rariffimum exemplum, licet extra rem, non eſt omittendum) SS. Sacramentum globo aureo incluſum, perpetuò ad collum appenſum geſtabat: ſue promouens Dominum, exemplo Danidis, coram ſe ſemper (Plalm. 15. v. 8.) omnium actionum inſpectorem, & inducem: ſue præſidium & amuletum ad omnia, quibus circumcingebatur, pericula: ſue denique (quod præſcis Chriſtianiſ in more, viaticum præſentaneum ad itinera eternitatis. Et licet hunc Pontificem de varijs accuſent hæretici, & nonnulli Catholici nimis creduli aut pariales: tamen grauiſſimi Auctores eum magnis aſſecerunt laudibus, Volaterranus, Paninus, Ciaconus, Nauclerus, Gramzins, Illeſus, & alij. Vide apud eundem Carracciolum, & apud Brouium Tomo 18. pulchrum miraculum ad illum globum aureum. Hæc ille. Vide etiam Thomam Bozium Lib. 7. Cap. 6. & apud eum rationem optimam ex Indorum conuerſione pro eodem Pontifice facientem. De quo & P. Syloſ in Hiſtoriâ PP. Clericorum Regularium Lib. 1. fol. 18. ex quo Angelus Maria Vericelli Tomo 2. ſeu Tractatu de Miſſionibus. pag. 391. num. 4. Vulgaris paræmia: Dic mihi quocum ambulat, & ego tibi, quis ſis, dicam. Argue inde.

Circa S. eundem, & ſeqq. Vbi de Indiarum Pontificia donatione.

Defendit illam citatus nuper P. Verricelli Titulo 13. qui ſect. 8. ex proſſo probat non potuiſſe in ea errare Pontifices, quod tamquam omnino certum videtur ſtatueri ex receptiſſimis in Theologia principiis, iuxta quæ eſt à nobis inſtructa probatio. Poſt euentilam autem circa qualitatem Pontificiæ poteſtatis ſententiarum varietate quaſtioneſ reſoluit tandem ſect. 15. præmittendam ſemper prædicationem, eamque ſine armis; nec niſi poſt repulſam à Rege, aut maiore parte populi terque quaterque, ad arma veniendum, & Regem poteſtate regiâ ſpoliandum. Cum eo tamen ſtare Pontificem ante experientiam talem poſſe donationem facere, quia moraliter certum habetur prædicationem à barbaris repellendam, de quo num. 243. & 244. Et in donatione id neceſſariò intelligendum. Quæ quidem ita cum dictis à nobis 5. 3. componenda, ut ſi ſpes ſit Prædicatores dicto modo præmiſſos aliquid effecturos, id fieri debeat: quod eſt etiam Regis inſtructionibus conſonum, de quibus citatus Scriptor. num. 201. & ſeqq. Si autem deſperatum negotium ſit, indole barbarorum inſpectâ, ut quid perditio illa, & Prædicatoſibus creatum ſine vtilitate periculum? Immo & cum ingenti iacturâ: ſi enim occidantur,

tur, vt sæpè accidit, damnum sequetur permagnum ex Euangelicorum inopiâ ministrorum: eritque belli occasio magis crescenti, vnde & negotium fidei infeliciter progredietur. Sic accipiendum quod de periculo peruerfionis dictum a P. Suario, & a P. Arriaga *Disputat. 25. de fide num. 38. & seqq.* nec bene, nec conuenienter impugnatum.

4 Et iuxta hæc quidem statuerat præfatus Scriptor *Seçt. 11.* in qua duas istas habet Assertiones: *Prima Assertio. In regibus Ethnicis Novi Orbis sex sunt moraliter certa Catholice fidei, tam suscipienda, quam conseruanda impedimenta: esto Rex infidelis timore Hispanorum Regum fidei Prædicatores non eiciat, neque debonestei.* Sic ille, impedimenta huiusmodi latè prolecutus, quæ sunt: *Ethnici regis exemplum. Impunitas scelerum contra fidem. Impunitas eorum scelerum, quæ à fide auerunt. Idolorum frequens cultus in eorum delubris per Magos & Ariolos. Frequens Sermo Sacerdotum Idolorum ad populos cum terriculamentis. Vexatio & inhonoratio eorum, qui fidem sunt accepturi.* Sic à *num. 110. vsque ad num. 129.* in quo sic. *Secunda Assertio. Ob prædicta impedimenta propaganda fidei sub Ethnico Rege, potuit Summus Pontifex Indorum regna Catholicis regibus subiyciendo tradere: quare reges infideles possunt rectè viâ debellari, quamuis ex timore Hispanorum Prædicatores non eijcere polliceantur, si aliunde moraliter sit certum sub eo infideli regimine fidem propagari non posse.* Hæc ille. Qui ita cum statuat, mirum est quomodo *num. 222.* Assertionem addat prioris contrariam, ita scilicet: *Quando Rex ethnicus non eijcit Prædicatores, liberamque subditis suscipienda fidei facultatem largitur, hæc aliunde aliqua impedimenta fidei, præcisè ex generali regimine, proueniunt, quæ *Seçt. 11.* (lex videlicet adducta) enumerauimus, tunc non poterit iuste Rex ethnicus deijci.* Sic ibi. Quod confirmat. *num. 247.* Sed cum Assertionis prædictæ meminerit, sicut & posterioris, quatenus fundamentum illud quartum non admittit; Assertionem tamen aliam, quam habet *num. 170.* vti firmam videtur reliquisse.

5 Sic autem habet illa: *Tertia Assertio. Ex duplici Assertionem præcedenti rectè inferitur posse Papam Catholico Regi concedere, vt rectè viâ, etiam ante prædicationem, aut eâ non repulsâ, debellare valeat reges infideles Indiarum, ad remouenda suscipienda fidei impedimenta, quæ sub ethnico principe sunt moraliter certa.* Sic ille. Duplicis autem præcedentis Assertionis prior fuerat. *num. 145.* propter susceptæ fidei impedimenta remouenda, posse Papam eximere fideles à iurisdictione ethnici regis. Quæ est D. Thomæ à nobis adducti *s. 3. in 10.* Posterior *num. 156.* Probabilis esse hoc ipso quod rex infidelis renuit conuerti, posse ab Ecclesia priuari iurisdictione in subditos Christianos, quia hoc ipso videtur adesse morale impedimentum conseruandæ fidei. Ex duplici hac Assertionem rectam ille iudicat illationem. Licet autem *num. 148.* disparitatem conetur inducere ex eo quod Papa iurisdictionem habet in populum iam Christianum, quæ indirectè ad Principem infidelem extenditur. Cum tamen rectam illationem iudicauerit, ex aliis à se admissis & probatis, videtur, illà non obstante responsione, inconcussa permanere.

6 Neque enim videtur dici posse. Assertio-

nem præfatum, sicut & duas illas, de quibus nuper, ex mente aliorum positas eam sententiam tenentium, id namque modis ipse proponendi abnuit, ex quo nihil tale habetur, neque est illud iuxta receptum scribentium itylum. Cùm ergo *Seçt. 16.* ea, quæ pro sententiâ dictâ, & Assertionibus formandis fundamenta adduxerat, adhibita responsione dissoluit: magnam sanè circa doctrinam propriam ingerit confusionem. Accedit ratio ab eodem adducta *num. 89.* quæ probet donationem Pontificiam statim effectum habuisse, & Reges Catholicos Indiarum dominos constitutos: aliàs si Indi, & eorum Reges prædicationem admitterent, verè domini non essent, solusque esset titulus sine re. Ergo sensus verborum Bullæ est, vt subiectis Indis, deinde prædicetur eis Euangelium. Quæ est illius consequentia. Et quod iuxta propriam loquatur mentem illa ipsius verba ostendunt: *Respondetur gratis Chiapensem ex his verbis Bullæ (quibus Prædicatores mittendos statuit Pontifex) inferre non esse subiycendos Indos nisi post prædicationem repulsam, quod sic ostendo, &c.* Quis hic iuxta propriam mentem loquentem non agnoscat Auctorem? Et quidem ille *num. 222. & 247.* duo impedimentorum genera recognoscit, alia ex regimine, sex scilicet illa, de quibus dictum; alia directè tendentia ad impediendam fidei propagationem. Et hæc posteriora sufficientia iudicat ad infidelium principum debellationem. Quod ergo contendimus est, etiam si re ipsa non extent, si tamen certa moraliter præsumantur, posse à Pontifice donationem fieri; quod asseruisse illum vidimus, & insuper debellari, nec videtur negasse, stante certitudine dictâ, neque negari posse verosimiliter apparer, ob adductas à nobis rationes.

7 Et iuxta hæc loquendo, minimè currit Censura multiplex, quam in sententiam negantem debere prædicationem præcedere, idem intentat, dum sic ait *num. 196.* *Dico Primo. Falsa, temeraria, & scandalosa est sententia asserens posse semper & indistinctè ante prædicationem, aut eâ non repulsâ, debellari Indorum reges infideles.* Addit *num. seq.* esse piarum aurium offensiuam. Iuxta sententiam siquidem nostram non semper & indistinctè licet debellatio, sed cum moralis est repulsæ certitudo, qualem Pontifices habuerunt, aut conseruandæ fidei obstacula præuidentur, qualia sunt sex illa, stante Indorum indole ad natiuas superstitiones promptissimâ, & congenera instabilitate. Et quidem ita explicata sententia non potest vllâ ferri censurâ, quod & citatus Auctor nequit diffiteri. *Sectio* enim *16.* argumenta diluit, quæ contra sententiam præmiserat, omnino necessariam prædicationem esse statuentem. Si enim illa tot est obnoxia censuris, non oportuit ea, quæ contra ipsam militant, argumentorum solutionibus infirmare. Præterquam quod censuræ dictæ non videntur meritò fulminata, cum non solus Genesius de Sepulueda, vt ille asserit, sententiæ absolutæ negantis Auctor extiterit: Thomas enim Bozius de signis Ecclesiæ *Lib. 4. Cap. ultimo.* ita scribit: *Insque ipse est (Pontifici) infideles punire, cum iuxta lumen naturale nequaquam viuunt, atque omni dominio priuare. Atque ita non modo hæc potest, quatenus est necessarium ad salutem animarum, sed etiam quate-*

ius est valde utile ad bonum publicum. Sic ille, nullo modo necessarium semper iudicans respectum ad prædicationem: sunt etiam innumeri Auctores, vt videri apud eundem, cum quo disputamus, prout, *num. 36.* qui Pontifici directam circa temporalia supra infideles tribuunt potestatem. Quomodo ergo esse temerarium potest, quod eo fundamento nititur, quamplurium & grauissimorum Scriptorum assensu roborato? Quomodo etiam scandalosum, & piis offendens aures, quod tot placuit viris pietate & omnimoda probitate insignibus, & illarum, sicut & sublimioris litteraturæ magistris?

8 Quod autem *Seçt. 11.* P. Arriagam impugnat, cuius & aliqua argumenta dissoluit ex citatâ *Disputatione 25.* de fide, vbi contendit non esse ius in Ecclesiâ ad inferendum bellum Principibus nolentibus Euangelij Prædicatores admittere, contra communem sententiam: bene quidem est, quia reuerà sententia illa, contra communem est Doctorum sensum, & Ecclesiæ praxim donationibus Pontificiis comprobata: Miror autem eundem *num. 18.* de occupatâ ab Hispanis Americâ agentem, Pontificiæ donationis nequitiam meminisse, neque alium titulum occupationis agnoscere, nisi iustæ vindictæ: nam cùm Hispani pacificum descensum è nauibus habuissent, à barbaris malè tractati, aliqui etiam occisi, ceteri ad se vindicandum paulatim accensi, ius tandem acquisuere. Addit postea etiam dici, ob barbariam quâ homines illi occidebant alios, eosque immolabant Dæmoniis, comedebant &c. potuisse iustè debellari ob repulsam ergo prædicationem nihil tale accidisse pro certo habet, quia de eo nihil apud Historiographos. Quod quidem est meridianâ in luce aliquatenus caligare: vt enim ait citatus Scriptor, *num. 90. & 100.* apud omnes ferè Indicarum rerum Scriptores, ex quibus aliquos adducit, nihil frequentius quam virtute donationis Alexandri VI. præmissâ protestatione, cuius formulam ex aliquibus eorum delumptam, & Latine redditam exhibet *num. 101.* & à viro doctissimo Ioanne Lupo de Palacios Rubios sic composita, atque à Carolo V. tradita Francisco Pizarro, captam fuisse possessionem. In quâ & de admittendis Prædicatoribus expressa mentio. Quod si vindictæ titulo solùm, & ob propulsandum barbariem, bellum erat Ethnicis inferendum, minimè erat recursus ad Sedem Apostolicam necessarius, quem tamen Reges Catholici iuxta doctissimorum virorum sententiam habuerunt.

9 Quamuis autem Indi, cùm primùm ea, quæ ad fidem spectant, audierunt, quæ eorum ruditas, non potuerint sufficientem eorum formare conceptum, vnde eiecit Prædicatorum non videtur eis vt culpabilis imputanda, & sic nec belli illatione multanda, iuxta ea, quæ tradit Victoria *Relectione 1. de Indis num. 34.* & ita neque sufficiens protestatio ad plenam iustificationem. Nihilominus quia sic est à sapientissimis viris iudicatum, & Indi hominibus superioris aedè supra communem eorum capacitatis verosimilia de Deo mundi Creatore annuntiantibus, fidem aliquam adhibere debuerunt: neque, si diu expectandum, negotium fidei promoueri posset, ideo bona fide, & non sine sufficienti

fundamento processum. Quidquid de aliquorum inordinatis actionibus fuerit ab Hispanæ gloriæ æmulis sine operæ pretio decantatis.

### Circa materiam Capitis primi.

Scriptoris alterius maledicentia castigata.

10 **B**G. Marifotus ille est, qui in Præfatione Orbis maritimi ita scribit: *& nisi aeterno posterorum & nostro luctu ex hominum oculis coactus euolasset (Henricus Quartus) haud dubiè Magni titulos ad Indos vsque & Americam, illegitimis occupatoribus expulsi; importasset, terrarum marisque dominus.* Sic ille, malo quidem agitur spiritu in Apostolicam Sedem semel & iterùm virtus pestiferum euomente, vt videri potest *Lib. 2. Cap. 20.* vbi de Infulis Fortunatis, seu Canariis, Sardinia, & Corsica, non leui spongia digna proloquitur. Rogandus sanè si Hispani Indiarum illegitimi occupatores fuerunt, vnde legitimi futuri Galli, iisdem expulsi, nisi quia à Deo Orbis domini constituti? Quod neque saluis fide aut mente potest affirmari. Et Reges ipsi Christianissimi blateramenta ista dubio procul deridebunt.

11 Quanto autem non solùm iure, sed religionis zelo à Catholicis sit actum Regibus, sicut de more in aliis, inuitolabilis auctoritatis Scriptores expendunt. Ex quibus P. Carolus Scribanus in Politico-Christiano sic Regem nostrum Philippum Quartum alloquitur: *Arma taceo. Vincor magnitudine: magis quod pia sint. Tuis enim armis Oriens & Occidens Christianus audit. Tuis Europa pars magna. Germania, quod sub heretico & Turco non gemat ferro, tibi prope debet. Tibi Belgij pars nobilissima, quod Christo suo vinat.* Hæc ille. Cùm ergo Deus Catholicum zelum inlytorum Principum detectione & dominatione Indicarum regnorum fuerit muneratus, argumento sanè irrefragabili est, sobriè, iustè, & pie in eo se gessisse negotio, quidquid de quorundam Conquistorum excessibus fuerit, qui numquam in expugnationibus quantumuis legitimis possunt penitus euitari. Pro eodem stat Thomas Bozius de signis Ecclesiæ *Lib. 10. Cap. 14. num. 7.* vbi ait Gallos, & Britannos in suis expeditionibus parùm fuisse felices, eò quod sine Pontificiis auspiciis, propter quæ Hispani feliciores.

12 Ex quibus compertum habetur Hispanos Reges minimè Orbis imperium affectare, vt maleuolus ille criminatorem in dedicatione pronuntiat, sibi consonus in Præfatione, in qua sic loquitur: *Si Stationaria classis parata ad omnem occasionem fortunamque fuerit, inclusis inter Batanos & Normannos Belgis, ruinam minari. Iberorum verò commercijs & Imperio, tum America, tum India finem proximum. Quid enim spei reliquum Hispano, bellicosissimis nationibus terra maris in eius perniciem coniunctis? &c.* In quibus dura sicut infernus se prodit æmulatio, dum ad destructionem omnimodam Hispanæ Monarchiæ non solùm Gallicam optat armari potentiam, sed mundum ferè totum coniuurare. Quod quidem diabolicum esse